



Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 1. Aquas esse iustitiæ & misericordiæ diuinæ instrumentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)


suæ testimonium à miraculis petere, caue-
ant sibi ipsis pœnam statuere, quæ dilata-
facit nocentiores, illata misericordiam nō
meretur. Itaq; si existimant, se exempla ha-
bere Sanctorum, non aliter eos, quām equū
asinus, in fabulis, imitantur. Vnā iter fa-
ciebant equus & asinus, ille sale, iste spōgijs
onustus. Procubuit in vadoso flumine e-
quus, &, sale liquefacto, se feliciter exone-
rauit. Quod vbi asinus vidit, procubuit &
ipse; sed, spongijs aqua repletis, onus lon-
gè maius ferre coactus est; sensitq; vel hinc
se asinum esse, vt qui non sciuerit eadem,
alijs aliter dispositis, non eodem modo
succedere.

C A P V T I X.

*Non posse ab hominibus Deum aquis pu-
nientem accusari, cùm aquis ipsi
& alios, & se ipsos plectant.*

§. I.

*Aquas esse justitiae & misericordia diuinæ
instrumentum.*

 I laudabilis est justitia, laudē me-
rētur etiam justitiæ instrumenta.
 At verò, teste Pythagoræo Thea- Theag.
ge, & inter D̄os magnam vim habet, & inter lib. de
homi- virtute.

230 Cap. IX. Aquis in pœnam uti Deum,
homines justitia. Totius enim atq; uniuersi, tum
inter hos, tum inter illos, cōmunionem hac vir-
tus continet. Ac Themis quidem, apud superos:
Dice autem, apud inferos: Lex verò inter ho-
mines, nuncupatur. Huius ergo virtutis, siue
cùm vitia & virtutes inter se discernuntur,
siue cùm homines probi defendēdi impro-
bīq; plectendi sunt, instrumentum aptissi-
mum esse docuimus, aquas. His mundi Mo-
derator oves suas reficit, quarum vna ait:

Psalm. 22. Super aquam refectionis educavit me. his ho-
2. dos suos plectit, vnde ait: Effundam, quasi a-
Os̄ee. 5. quam, iram meam. Vtrumq; assidue conside-
10. rat sponsa Christi. Quare oculi eius, sicut
Cant. 5. columba super rinulos aquarum, quæ lacte sunt
12. lota, & resident juxta fluenta plenissima. Vi-
det in aquis faciem sponsi sui resplenden-
tem, & vno quidem oculo justitiam, altero
autem misericordiam eius intuetur. Quo
Psal. 118. intuitu incalescens exclamat: Confitebor tibi
in direktione cordis: in eo, quod didici judicia
justitiae tuæ. Ast alia vox, alias clamor est
coruorum, quam columbarum. Retrahere
volūt columbas à pijs suspirijs ac laudibus,
& transdere in execrationes, cùm intelli-
gunt aliquid sibi incommodi ab aquis na-
sci. Nimirum impunè vellent peccare: &
dum

dum DEVM identidem creaturis offendūt,
nollent ipsi offendī à creaturis.

§. II.

Homines aquâ punentes, & aquis puniri indignantes, quam iniquè Deum tractent.

Quām iniqua hæc sint vota, indignæq;
cogitationes, vel à se ipsis discant. Emen-
dant, puniunt, occidunt homines homi-
nem aquis ad vitam sustentandam creatis;
& indignantur, quando rerum omniū Con-
ditor, aquis vtitur ad hominum scelera ab-
luenda? Vt homines hominem exitiabilem
morte multent, in mare proijciunt; vt e-
mendent, projecturos se minantur; & Deo
idem facere sit nefas? id cùm faciunt, lau-
dari volunt; cùm Devs facit, criminantur?
Optimus est ysus aquarum, quando ijs ho-
minum corpora curantur; & pessimus sit,
quando illis hominum scelera castigantur?
Intolerabilis amentia est, quando mortales
sibi plus licere volunt, quam DEO. An enim
non volunt sibi id licere? Certè voluerunt,
qui dixerunt: *Quos sumus, Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos san-
guinem innocentem: quia tu, Domine, sicut wo-
luisti, fecisti. Et tulerunt Ionam, & miserun-
in mare.* Affinis huic historiæ est fabula A-